



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**DE VITA || ET MORIBVS IGNA-||TII LOIOLAE,|| QVI  
SOCIETATEM IESV || fundauit, Libri III.|| Auctore Ioanne  
Petro Maffeo, pres-||bytero Societatis eiusdem.|| Ex  
auctoritate superiorum.||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Köln, 1585**

**VD16 M 110**

Nauigat in Palæstinam. Cap. XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68259](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68259)

lo illius ædium iaceret in publico pauper, & omni humana ope ac solatio destitutus. itaq; ingenti metu & horrore perfusum prosilijsse confessim, & quæsitum diligenter Ignatiū excepisse per honorifice. Sed ille postridie cum in amicum veterem Cantabrum incidisset, à lautiore hospitio se ad eum familiariter transtulit.

*Nauigat in Palæstinam.*

*Cap. XIII.*

IBI cum aliquandiu moraretur, in omnem nauigandi occasionem intensus; ecce tibi nouæ amicorum pugnæ (quos illi vbiuis breui conciliabat cognita viri virtus atq; modestia) eum varijs terroribus ab instituta peregrinacione reuocare conatiū; quibus ille, Dco fretus, ita resistebat, vt diceret, pro certo habere se, vt cetera cuncta deficeret, vel vna soluummodo tabula quo cupiebat vtique peruenturum. Nec cum fellit bonitatis diuinæ fiducia. Cum enim eo anno formidine Turcarum, vt diximus, solito minor esset in Iudeam peregrinantium numerus, & quotquot erat, simul omnes paulo ante soluis-

## 64 IGNATII VITAE

uissent; desperata iam à cæteris re, Ignatius repente fit certior, nauem in Cyprum parari patricio Veneto, prætori eiusdem insulæ designato: cumque inde non ignoraret breuem atque facilē esse traiectum in Palæstinam; nullo adhibito deprecatore, cùm tamen multi nec aspernandi suppeterent, ad Venetorum Ducem Andream Gritū adiit ipse metu insigni non minus humanitate, quām prudentia principem: ac Deo fauente facile ab eodem impetravit, vt gratis in Cyprum usque deueheretur. Sed interea dum prætoria ornatur nauis, in febrim Ignatius incidit, factumque diuinitus est, probandæ scilicet eius constantiæ causa, vt quo die pharmacum hauserat, eo ipso nautæ signū profectionis ediderint. qua re minime conturbatus Ignatius veniam petit ab hospite; qui pertinaciter ipsum etiam atque etiam retinere conatus, cum nihil omnino proficeret, consulitur medicus. ille vero sine cunctatione respōdet, hominem ad interitum ruere. Attamen Ignatius nihilo magis immutatus, & cælestis nimirum medici ductū sequutus,

sequutus, felici sanè consilio (quod tamen admirandum potius, quam imitandum alijs duxerim) fluctuante etiā tum in stomacho potionē conscēdit: factumque est Dei beneficio, ut ora soluta, inter nauigandum, ex ipsa maris agitatione tantam vim pestiferi ac vi-  
tiati humoris euomeret, ut morbo plānē leuatum sese celeriter senserit. Re-  
cuperata valetudine institit suo more,  
quoscunque poterat factis dictisq; ad  
virtutem & pietatem adhortari. cum-  
que in eadem naui per summam im-  
pudentiam committi grauia quædam  
flagitia comperisset, non dubitauit apertum dedecus detestari palām; & im-  
puros illos homines tanta orationis a-  
crimonia reprehēdere, ut iij facta cum  
nautis cōiuratione molestum sibi mo-  
nitorem in deserta quadam insula ex-  
ponere, atque ab suo conspectu & con-  
suetudine procul amouere decreue-  
rint. quam rem odorati è vectoribus  
quidam Hispani, ad Ignatium pro ami-  
citia detulere, suadentes etiam atq; etiā, vt in loquendo cautior esset, sibi-  
que consulceret. sed ille nihilominus

E turpi-

turpiter peccantes obiurgare perrexit,  
diuinæ prouidentiæ ope subnixus : cu-  
ius beneficio factum est, vt ad insulam  
sceleri destinatā appropinquantes nau-  
tæ, aduerso repente vento reiecti, volē-  
tes nolentes Ignatium in Cyprum us-  
que peruerterint: ubi cum stare ad sali-  
nas peregrinam nauē, dē qua suprà di-  
ximus, audisset, illuc itinere terrestri se-  
contulit: in eamque gratis admissus, ni-  
hilo plus viatici secum intulit, quām  
in priores intulerat, Christo vno vide-  
licet fretus, qui tota illa nauigatione se  
se illi non semel ostendit, cumque ma-  
gnopere confirmauit, ac denique inco-  
lumen ad portum Palæstinæ perduxit.

*Palæstinæ loca sancta perlustrat.*

*Cap. XIV.*

**I**NDE cum cætera peregrinorum  
turba progressus, vt ad conspectum  
sacratiſſimæ vrbis est ventum, incredи-  
bile ex ipso illius intuitu cepit animo  
voluptatem: ac deinceps partim in co-  
mitatu, partim ctiam solus, loca illa  
Christi Domini, MARIAE virginis,  
& Apostolorum nobilitata vestigijs,

cxi-